mortuos ea custodire non posse. Infi
deles uidelicet de quibus dictum est. Sine
mortuos sepelire mortuos suos. Quam
propter si mortuos intellegimus infideles.
uiuos autem fideles. quia iustus ex fide uiuit.
Nec possunt custodire uerba dei. nisi fide
quae per dilectionem operatur. Hanc sibi
poscit qui dicit. retribue seruo tuo ui
uam et custodibo uerba tua. Et quo
ante fidem non homini debentur nisi ma
la pro malis. retribuit autem deus pro inde
bita gratiam bona pro malis. Hanc re
tributionem rogat qui dicit. retribue
seruo tuo uiuam. et custodibo uerba tua.
Quattuor enim sunt retributiones. aut
mala pro malis retribuuntur. sicut deus ig
nem aeternum retributurus est impiis.
Aut bona pro bonis. sicut regnum aeternum re
tributurus est iustis. Aut bona pro malis.
sicut christus per gratiam iustificat impi
um. Aut mala pro bonis. sicut iudeus
pro malitia persecutus est christum. Harum
quattuor retributionum. duae priores
pertinent ad iustitiam ut retribuantur mala
pro malis. bona pro bonis. Tertia pertinet
ad misericordiam. ut retribuantur
bona pro malis. Quartam deus nescit.
nulli enim malum pro bono retribuit.

Haec autem quam tertio loco posuit primitus
necessaria est. Nisi enim deus retribue
ret bona pro malis. nullomodo essent.
quibus retribueret bona pro bonis. Uide
illum saulum post ea paulum. non
ex operibus inquit iustitiae quae
nos fecimus. sed secundum suam mi
sericordiam saluos nos fecit. Per
lauacrum regenerationis et cetera.
Qui prius fui blasphemus et persecutor
et iniuriosus. sed misericordiam
consecutus sum. quia ignorans
feci in incredulitate. Et cete
rum. Consilium autem
do. tamquam misericordiam
consecutus a domino. ut fidelis es
sem. hoc est ut uiuerem.
quia iustus ex fide uiuit.
Mortuus enim erat per suam
prius iniustitiam. ante quam uiue
ret per dei gratiam. ipsam porro suam
mortem sic confitetur. Adueniente
autem inquit mandato peccatum reuixit.
ego autem mortuus sum. Et inuentum est mihi
mandatum quod erat in uitam hoc esse in mortem.
Retribuit ergo illi deus bonum pro ma
lo. hoc est uitam pro morte. Talem sci
licet retributionem qualis hic posuit ubi

chumo kibet